Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

21 Februarij. 9 Cal. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

S. BERNARDUS, lib. 3. de Conſid.

Spiritualis homo omne opus ſuum trina conſideratione præveniat. Primò an liceat: deinde an deceat: poſtremò an expediat.

Actionũ regula.

21 *Februarij.* 9 *Cal. Mart.*

B. PETRE cognomento Toloſane; Claræ vallis monache: qui poſtquã aliquot annis vitam ſolitariam pane duntaxat de furfure aut ſiliquis cocto, crudíſque herbis ſuſtentâſſes: amore in Mellifluum BERNARDUM, relictâ eremo, ad cœnobium te recepiſti. Nec ſinè cœleſti monitu. Videbaris enim tibi, ſubitò vocari ad DEI Judicis tribunal: coram quo cùm ſupplex te proſtraviſſes; vocem ſciſcitantis audiviſti, quid peteres? Nihil verò aliud, quàm æternam ſalutem petenti, reſponſum eſt, & mandatum: ut te ad Claramvallem conferas: ibi te id, quod poſtulaveras, certò obtenturum. Militiæ nimirum ſocijs egebas; ne te ſolum impetuoſa maligni bella deprehenderent. Is quippe videns, animi tui firmitatem monſtroſis larvarum terroribus expu-

Floruit anno 1163.

Cœlius ad Ordinem vocatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tentatur à dæmone horribiliter: gnari nequaquam poſſe; ſpurciſſimos ſuos ignes tam vehementi in te ſuſcitavit incendio; ut jamjam ferrum conquireres, quo mali radicem, etiam cum manifeſto vitæ periculo, ſuccinderes; cùm hactenus nec extremâ inedia, nec repetita in ſingulas propè horas flagella, tollendæ moleſtię prævalerent. Sed hanc in te tyrannidem mitiore remedio cœlum prævertit; miſſo per viſum Angelo ſub medici perſona: qui imaginario quidem, non tamen doloris inani vulnere, totam peſtem illam ſanavit. *ſed ope cœleſti liberatur.* Succeſſere huic favori in dies alij: per quos ea, quæ in locis longè diſſitis contigere, velut in cœleſti rerum futurarum diario legens, præſentibus narrabas. *videt abſẽtia* His, & ſuo pretio, & frequentiâ potius erat quotidianum prodigium; quo Sacrificans, poſt verba Conſecrationis, nihil de Panis externa ſpecie cernebas; nihil manus ſibi contrectare videbantur, niſi ipſum DEUM, in forma blandientis puelli apparentem. *& Chriſtum in Miſſa.* Quem denique ſinè ſpecie intermedia intuiturus, in magna pietatis dulcedine puriſſimum ſpiritũ emiſiſti. *Infinitis fraudibus ad perniciem noſtram utitur ſerpens antiquus: quibus humana infirmitas ſuccumbet millies, abſque ſubmiſſo de cœlis robore. Atque hoc ipſum*

Cœli auxiliũ pugnã-

ipſum eſt, quod per te à Deo, in opportunitatibus, in tribulatione, impetrari mihi, ſupplex efflagito. ti neceſſarium.

B. AGNES, Ordinis Ciſtercienſis Virgo Germana: cujus animam in magna gloria, & ſuavilſſima Angelorum muſica, ad cœlos deferri, Beata ſoror tua Hildegundis conſpexit. *Aperi in me interiorem Fidei oculum: ut ſicut tu infinita Dei pulchritudine nunc beata æternùm frueris: ita ego per illuminati amoris flammas, animum meum à terrenis attollam ad cœleſtia.* *Obijt anno* 1186. Fidei oculo Deus quęrēd.

S. BERNARDUS, ſerm. 11. in Cant. DEUS animā ſatiat.

Ille, qui replet in bonis deſiderium animæ; ipſe rationi futurus eſt plenitudo lucis: ipſe voluntati multitudo pacis: ipſe memoriæ continuatio æternitatis. O veritas, charitas, æternitas!

22 *Februarij.* 8 *Cal. Mart.*

S. EDMUNDE: qui hodierna die cuidam monacho Pontiniacenſi glorioſus apparuiſti. Cúmque ille non ſinè triſti querela ſciſcitaretur: quanam ex cauſa tantus olim, in vita & morte, mira- *Anno* 1250.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN